

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Privilegivm

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

# PRIVILEGIUM

CAROLVS QVINTVS Diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantæ, &c. Comes Habsburgi, Flandriæ, Tirolis, &c. Notū facimus tenore præsentium vniuersis. Cum fidelis nobis dilectus Ioannes Christopherson Anglus, Studens in alma Vniuersitate nostra Louaniensi nobis exposuerit, se magno cum labore, industria & cura correxisse, & fideliter ac verè de Græco in Latinum sermonem traduxisse decem libros de Historia Ecclesiastica, & quatuor de vita Constantini, ab Eusebio cognomento Pamphilo compostos, cum duabus Orationibus, altera ab eodem Eusebio, de laudibus Constantini, altera ab ipso Constantino ad Sanctorum Cœtum scriptis. Septem præterea libros Socratis, Quinque Theodoriti, Nouem Sozomeni, & Sex Euagrij de Historia quoque Ecclesiastica conscriptos, vna cum Epitome Theodori Lectoris de eodem argumento. Eosdemque libros sic vt præmittitur per illum correctos, & in Latinum sermonem conuersos, ac per Honorabilem deuotum nobis dilectum, Ruardum Tapper Sacré Theologiæ Professorem, & Decanum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Petri Louaniensis, reuisos & approbatos, in publicum studiosorum vsum ædere decreuisse, vereri autem, ne quod alioqui nō rarò, præsertim in re literaria accidere solet, vt alij ex alterius incommodo suum comparare commodum studeant, atque alieno labore & industria bene parta, in suum malè conuertat vsum, huiusmodi opera, & libros, postquam ab eo ædita fuerint, alij temerè imitentur, atque adeo, si quibusvis illa imprimere liberum sit, rursum cum magno Studiosorum incommodo depraventur, & ipse laboribus, & sumptibus, quos tam in correctione & translatione, quam in æditione & impressione dictorum librorum sustinuit, defraudentur, cum graui etiā impressoris, qui ea excudenda suscepit iactura. Nobisque propterea humiliter supplicauerit, vt ipsum & lucubratioes suas præfatas ab

†††

fatas ab

fatas ab huiusmodi iniuria vindicare, & priuilegio nostro  
munire dignaremur. NOS itaq; qui plurimū illis faue-  
mus, qui sua opera & industria publica studia iuare con-  
tendūt, p̄fati Io. Christopherson precibus benignè an-  
nuentes, tenore pr̄sentium authoritate nostra Imperiali,  
& ex certa scientia nostra decernimus, statuimus, & ordi-  
namus, ne quis Calcographus, Bibliopola, Mercator, In-  
stitor, aut quicunque aliis, cuiuscunq; status aut con-  
ditionis fuerit, noster & Imperij Sacri subditus, qua-  
cunq; Imperij & ditionis nostræ fines patent, p̄fatos  
libros omnes & singulos coniunctim vel diuisim à p̄fesa-  
to Ioanne Christopherson correctos, & in sermonē La-  
tinum translatos intra decennium à prima dictorum libro  
rum æditione continuè numerandum, sine ipsius Authoris  
expressa voluntate imprimere aut imprimi facere, aut  
aliunde impressos adportare, vendere, distrahere, aut ven-  
di seu distrahi facere, neque venum exponere publicè vel  
occultè audeat vel p̄fummat, quatenus gratiam nostram  
charam habeant, ac pr̄ter librorum sic ad æmulationē scū  
imitationem excusorum amissionem, quos ipsi Ioannes  
Christopherson, aut ipsius hæredes, eorumve Nuncij seu  
Procuratores, vbi cunque deprehenderint, adiumento Ma-  
gistratus eius loci accipere, & in usus suos cōuertere pos-  
funt, ac debent penam Decem Marcarum auri puri, pro di-  
midia Fisco nostro Imperiali, reliqua verò parte ipsi Ioan-  
ni Christopherson vel eius hæredibus, toties quoties con-  
tra factum fuerit irremissibiliter applicandam, cupiant eui-  
tare. Harum testimonio literarum, Sigilli nostri Cæsarei  
appensione munitarum, Dat. in Oppido nostro Bruxellis  
Brabantie die decima mensis Maij. Anno Domini Millesimo  
Quingentesimo, Quinquagesimo tertio. Imperij no-  
stri Trigesimo tertio, & Regnorum nostrorum, Trigesi-  
mo octauo.

C A R O L V S.

A. Perzenot.

Ad mandatum Cæsareæ & Catholicæ  
Maiestatis proprium.

Haller.

Simili